



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno 561 Usque Ad Annum 633

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1759**

**VD18 90117832**

§.26. Gregorius Episcopus Turonensis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66072](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66072)

Sæculum VI.  
A. C. 574.  
plura alia edidit Miracula. Cuidam coeco nato lumen dedit. Alium etiam incolumem præstitit, Pirum nomine, surdum & mutum, Patria Andegavensem, a quo omnia, quæ refert, Gregorius Turonensis accepit. Hospitius post paucos exinde annos e vivis abiit, ejusque  
*Mart. Rom.*  
*21. Maji.* Memoriam 21. Maji colit Ecclesia.

## §. XXVI.

*Gregorius Episcopus Turonensis.*

*vit. init. edit.*  
*1699. Mart.*  
*Rom. 4. Aug.*  
Interim Gregorius non diu abhinc, tempore quo Longobardi irruerant, Episcopus Turonensis ordinatus fuerat. Euphronius Antecessor ejus obierat anno Sigeberti Regis duodecimo [JESU Christi 573. quarta Aug. qua die Ecclesia ipsius Memoriam colit. Populo Turonensi ad eligendum Episcopum congregato cæteris omnibus communi consensu prælatus est Gregorius, jam antea in hac urbe notus, quo sæpe venerat Reliquias S. Martini veneraturus; multa etiam ab ipso præclare gesta fama vulgaverat. Generis ejus nobilitatem, Scientiam, Pietatem, & quod Principibus carus esset, non ignorabant. Ergo omnes, Clerici, Nobiles, populus illius Civitatis, & agricolæ Gregorium Episcopum deprecari. Mittuntur Legati ad Regem Sigebertum, ad cujus Ditionem Civitas Turonensis pertinebat, & ecce



percommode accidit, ut illo ipso tempo-  
 re Gregorius in Regia moraretur. Re-  
 pugnavit, quantum potuit, ne Episcopa-  
 tum suscipere cogeretur; sed tandem  
 Regi & Brunehildi Reginae Conjugi ejus  
 vehementer instantibus cessit. Ne fuga  
 elaberetur, abjecta omni mora ab Ægy-  
 dio Archiepiscopo Rhemensi consecra-  
 tus, & Turone die decima octava post  
 obitum S. Euphronii nempe vigesima se-  
 cunda Aug. 573. summo omnium gau-  
 dio exceptus est. Tunc Gregorius an-  
 num vitæ ferme vigesimum agebat; un-  
 de liquet, anno circiter 544. in lucem  
 editum fuisse. Patria fuit Arvernia, &  
 Patrem habuit Florentium S. Galli Epis-  
 copi Claromontani fratrem, Matrem ve-  
 ro Armentariam S. Gregorii Episcopi Lin-  
 gonensis neptem. Frater ejus Petrus  
 Diaconus, & Justina Neptis S. Radegun-  
 dis Discipula fuere. Gregorius apud S.  
 Gallum Patrum suum educatus, Ton-  
 suram petiit, & inter Clericos susceptus  
 est, ut redderet votum, quo se aliquando  
 ægrotus ad Tumulum S. Alirii obstrinxe-  
 rat. S. Gallo defuncto Avitus Episcopus  
 Claromontanus Cautini Successor (\*) cu-  
 ram

Sæculum VI.  
 A. C. 574.

c. 12.

c. 1.

F 2 ram

(\*) Fleurius hic confuse ordinem Successio-  
 nis Episcoporum Claromontanorum refert, nisi  
 Cautinus inter S. Gallum & Avitum brevissimo  
 tempore intercessisse dicatur.



Sæculum VI. ram gessit, ut juvenis Gregorius litteris  
 A. C. 574. imbueretur, atque tempore a Legibus  
 Ecclesiasticis constituto Diaconus ordi-  
 natus est. Cum viris exploratæ Picta-  
 tis conversabatur, ut eorum exemplis  
 proficeret. Sanctorum Ecclesias invise-  
 bat præprimis S. Martini, ubi aliquando  
 a gravi morbo liberatus est.

## §. XXVII.

*S. Senochius, S. Leobardus, S. Venantius.*

*Greg. Vit.* Sanctus Gregorius necdum diu Episco-  
*PP. c. II. c.* patum Turonensem gesserat, cum S. Se-  
*15. Gl. Conf.* nochius Solitarius ad eum invisit. Is or-  
*c. 5. v. hist.* tum suum debebat Genti Teifalensium  
*6. 7.* Populo Barbaro, qui cum cæteris Gal-  
 lias invaserat. Ab his Tifagium in æ-  
 gro Pictaviensi nomen retinuit. Seden-  
 elegit Senochius prope Turonem in O-  
 ratorio, a se reparato, in quo S. Marti-  
 nus sæpe orasse ferebatur. S. Eufonium  
 tunc Episcopum Turonensem rogavit,  
 ut veniret ad Oratorium benedicendum.  
 Ille consecrato Altari Senochium nihil  
 tale cogitantem Diaconum ordinavit.  
 Posteriore tempore etiam Ordine Pres-  
 byteratus insignitus est. In illo loco cum  
 tribus Monachis aliquamdiu Deo servit,  
 rigida abstinentia corpus macerans, nam  
 in Quadragesima nihil cibi aut potus præ-  
 ter